

TITVLVS II

uiuít: & familiaritate mihi cōiunct⁹ est: ut inter nos possit esse nihil distinctū. Quare cupio uāhemēter: q̄si me ipsū hūc oibus esse cōmendatū: sed illis imprimis cū q̄b⁹ mihi est amicitiae uinculū: & quos ego pari uirtute prosequor. Nam cū huius res bene habēt: bene meas habere censeo. Cum accidit huic quicq̄ incōmodi: omnē incōmoditatē cōmunē mihi duco. Est em̄ uir perpaucoꝝ hoim: imo nul loꝝ: ut illo utar Terentiano. Huius quidē uirtus & elegā, Terentius tia in dicēdo: & laus excellētissima adeo mihi & grata ē & iucūda: ut nihil possit ad cumulū addi. Certe si hominē no ris: dices me mea opinione nō fraudari. Hūc tibi facio q̄ cō mendatissimū: cupioq; intelligere meā hāc cōmendatio nē sibi plurimū pfuisse. Q̄ si me amas: nihil omittes qd̄ ad huius rē ptineat: sed ei fauebis: ei cōsules: eū diriges in om ni causa sua: & hoc pacto facies mihi rem q̄ gratissimā. Va le: Ex Mediolano quinto kl. Ianuarij.

¶ Synonyma cōmendaticia.

Ioannem tibi commendo.

Facio tibi talem cōmendatissimū.

Cupio ut nulla in re desis tali.

Si me amas: accipe rem talis tibi cōmendatissimā.

Nihil est quod hoc tempore diligētius abs te petam: q̄ ut talis negocia studiosius prosequare.

Cum desiderē tali om̄ia succedere prospere: tū cupio ma ximopere rem huius tibi cōmendatā esse.

Afficior tali usq; adeo: ut neminē possem tibi maiore pie tate cōmendare.

Si mea intercessione susceperis talem cōmendatum: nihil est quo possis mihi magis gratificari.

Cum accepero fuisse tibi talē ob meā cōmendationē gra tū atq; iucundū: cognoscā esse te optima in me mēte.

Obsecro te mirifice: ut nihil inuenias causā: quo minus ti bi sit talis q̄ cōmendatissimus: quē unice cōmendo.

¶ Secundus titulus.

¶ Consolatoria pro funere familiaris.

TITVLVS II

Quod obierit diem pater tuus uir clarissime: non possum nō dolere uāhemēter. **E**rat em̄ mibi iucūdiſſimus. **I**taq; tam grauiſter hanc rē tuli: q̄ ſi meus ipſe obiſſet pater. **E**ius em̄ uirtus me mirifice incendebat ad omnē laudem. **A**dmonēbat me: præcipiebat mibi: nihil deniq; ſine moribus ex ei⁹ ore prodibat. **I**taq; digniſſimus mibi quidem uidebat: qui uiueret: & cuius gloria nunq̄ interiret. **Q**uid dixi gloriā? **I**lla certe nunq̄ eſt interitura. **F**iet enim p̄ illam immortalis. **S**ed ei⁹ certe fama quæ inter uiuos diſpergi ſolet: loco gloriæ uiuēti ſuccedebat. **T**andē diem obiit: ſoluī qđ debebat mortalibus: cū eſſet moribundo corpore natus. **S**ecū retulit in cælū æterna. **N**am apud ſuperos mens ei⁹ præſtantiſſima nunq̄ eſt interitura: tibi ualido ſuppetat: in ſtaurabis uitam patris: nec eris inferior illo. **C**ura igitur ut ualeas. **E**t quæ mortalia ſunt non admirere ſi cōtinuo corruūt: & bene uale.

¶ Conſolatoria pro funere familiariſſima.

Audiui qđ tuli moleſtiſſime: patrem tuum uiſq; clariffimū hac luce functū eſſe. **C**erte uir erat dignus uita: ſed quem iccirco de⁹ in cælū reuocauit: quoniam eſt conuenienti⁹ multo ut futur⁹ eſſet in ſuperis ſedib⁹: q̄ inter mortales. **N**am & ſi erat hic utiliſſim⁹ ſuis omnib⁹: qm̄ incredibili ualebat uirtute: fecit tamē & pietas & religio & fides ut merito fuerit ad ſuperos delatus: q̄ quidē in ſede poterit nobis prodeſſe magis q̄ ſi eſſet in terris. **M**odo tu bene ualeas qui patris tenes ſimulacrū. **N**e feras iniqua mente: cum mortali uita nat⁹ eſſet: ad immortalē eſſe ſublātū: at poti⁹ precare deū: ut tu quoq; illo perferaris. **R**eliquū eſt: ut diligenter cures ualitudinem tuam: quæ nobis eſt nō min⁹ iucūda: q̄ eſſet patris. **V**ale.

¶ Conſolatoria pro funere grauis.

Renunciātū mibi fuit: obiſſe diem patrem tuū uirū præſtantiſſimū: qđ certe perinde fuit mibi moleſtum ac ſi hac luce functus eſſet qui me genuit. **V**idetur igitur abſurdiſſimum: ut qui conſolandus ſum in hoc mœrore: alios con

TITVLVS II

foler. **S**ed ne tandem homines ipsi uideamur brutorū si-
 miles fieri: in quibus nulla uis est rationis: quibus dumtaxat
 sensus & perturbatio dominat: ratione duce nos ipsos
 consolabimur. **V**t eo autem procedamus ordine quo de-
 cet: ueterum intelligamus animos ad omne fortitudinis ar-
 gumentū institutos: & de mortis necessitate commente-
 mur. **Q**uis in hoc orbe nascit: qui non assidue uideat mor-
 tem sibi paratissimā esse: nisi hoc ordinasset ille opifex re-
 rum mundi melioris origo: **A**ut nos in hoc orbe fœlicita-
 tem nobis omnem propositam existimaremus: **A**ut quā-
 tum sensu moueremur: tantum saperemus & intelligere-
 mus: præsentib⁹ intendentes: & paululum uel præterita
 uel futura sentientes: ut inquit **C**icero: **C**orruunt ergo quæ
 sunt in hoc orbe singula. **N**ec cuiq̄ suæ uitæ certus est dies
 unus. **Q**uid q̄ ea quæ uidentur diutius duratura: cōtinuo
 dilabunt: **N**am quæ fiunt quasi nūq̄ ruitura moenia no-
 bilissime fundata superbissimeq; instructa: quasi ad cælum
 ceruices erigentia: multis temporū difficultatibus æquan-
 tur solo. **V**bi nunc **T**hebæ **B**usiridis illa tā magnifica: tan-
 toq; splendore domorum exornata: **V**bi granaria **P**hara-
 onis: **V**bi **P**yrælia **B**abylonis: **V**bi **C**olossus rhodius: **S**ed
 ubi **G**ræcia: ex qua tot tantiq; duces: uiri in omni genere
 laudis præclarissimi prodierunt: **V**bi **A**rgos cum suo **I**na-
 cho: **V**bi **M**ycenæ cum suo **A**gamemnone & **M**enelao:
Vbi **P**hthiæ cum suo **A**chille: **V**bi **P**ylos cum **N**estore:
Vbi **I**thaca cum suo **V**lyxe: **V**bi **C**orinthus cum suo **P**e-
 riandro: **V**bi **L**esbus cum suo **P**ittaco: **V**bi **M**iletum cū
 suo **T**halete: **V**bi omnis **L** Lydia cum suo **C**ræso: **V**bi **B**a-
 bylon cum suo **N**ino: **V**bi **P**ersarū palatia cum suo **C**yro:
 cum **X**erxe: cum **D**ario: **V**bi **M**acedonia cum **P**hilippo
 & **A**lexandro: **V**bi **S**partani cū suo **L**ycurgo: **V**bi **L**aco-
 nes cū suo **H**agesilao: **V**bi **T**hebæ dētib⁹ serpētinis pcrea-
 tæ cū suis dijs: **B**accho atq; **H**ercule: **V**bi **A**thenæ cū **T**he-
 mistocle: cū **A**lcibiade: **P**ericle: **S**olone: totq; illustrib⁹ uirif
 in omni uiuēdi genere: **V**bi deniq; ne oia psequar: **R**oma **R**oma

Mortis ne-
cessitas

Cicero
Temp⁹ oia
consumit

TITVLVS II

illa prisca Barbarorum domitrix: Græcorum imperatrix: Latinorum mater: & totius orbis domina cum suo Mutio: cum suis Horatijs: suis Brutis: suis Scipionibus: suis Marcellis: suis Aemilijs: suis Fabijs: suis Metellis: atque cum suis demum tot cesaribus: ueluti flores atque uiolæ solent (quæ admiramur in mundo) cuncta deflorescunt: & a mane ad uesperum concidunt. Atque alia uitæ pars aliam insectatur & pellit. Infantia quasi lepus: pueritiã quasi uenatorẽ effugit. Pueritiã pellit adoleſcentia. Huic inuidet iuuẽtus. Hanc insequitur uirilitas. Hæc a senectute fugat. Senectutẽ prædat decrepitas: in quam fit ut deueniat uita nostra: succubetque denique morti. Mors omnia mordet: ut Augustinus inquit. Hanc Hectoris fortitudo non euitat: nec dexteritas Achillis effugit: nec Herculis robur: nec Phalaridis minæ: nec Ganymedis aut Helenæ pulchritudo: nec castitas Hippolyti aut Dianæ: nec doctrina Socratis aut Platonis: nec prudẽtia Cætonis: nec continentia Scipionis: nec iusticia Aristidis: nec carmen Homeri aut Maronis: nec oratio Demosthenis aut Tullij. Nec quisquam in hoc orbe uel splendidius fuit Lucillo: uel ditior Mida: uel maior animo quocumque Iulio: potuit hanc mortis rabiẽ non gustare. Itaque recte Anaxagoras audita morte filij: se nihil inquit uel noui uel inopinati accepisse: cum sciret illũ ex se natũ esse mortalem. Cur igitur dolemus: cum nostrũ aliquis huic succumbit necessitati? An arbitramur posse nos reficere hominem aliũ quã prius esset? Si id assequi nequimus: parcamus necessitati: & cum non possumus quod uolumus: uelimus quod possumus: ut Terentius apud Terentiũ est. Nonne debemus sponte sequi: quod inuiti feramus: opus est? Et rationi potius obtemperare quã tempus sequi quod nos ad obliuionẽ mœroris perducatur. Quotiens autem rationẽ audiemus: totiens illa nobis declarat hanc non esse uitã quam mortales incolimus: sed eã ad quã rapiuntur uiri boni: quæ ut ait Augustinus: uigebit æternitate memoriæ & immortalitate gloriæ: & in quã ut Apostolus inquit: Quæ nunc uidemus ueluti per speculũ in æni

Anaxagoras

Anaxagoras

Terentius

Augustinus

Apostolus

TITVLVS II

gmate: tunc uidebimus facie ad facie. Proinde **Socrates** **Plato** in apud **Platonis** **Phædonē** de immortalitate animarū cōmen **Phædone** tatus optare se dicebat mortē: cū non nisi ea uia posset ad supos proficisci. Itaq; & **Apostolus** dicere solebat: **Cupio** **Apostolus** dissolui: & esse cū **Christo**. Quāobrem pater ipse tuus & necessitate naturæ ductus: ex hac uita subreptus est: & uoto suo potitus iucundissime ex hac peregrinatione in patriā ueram peruenit: & ex procellosa nauigatione in tranquillissimū portum perductus est. Inuidebimus igitur ne ipsi aut potius eū æmulabimur? **Nobis** legendū est: quos in hac uita: ut apud **Aurelium** legitur: continue torquent **Aurelius** mor & dolor: non simul torquentes: sed cruciatū alternantes: ut qñ bene est: mortalibus timendū sit: quādo est male: tunc sit dolendū. **Feramus** igitur non solum æqua mente sed æquissima: q̄ pater tuus uir gratissimus ex his tenebris terrestriq; cœno: ac corporeo carcere: ad illam serenitatem cælestēq; puritatē & spiritalem libertatē elatus sit: & suæ fœlicitati gratulemur. **Reliquū** est ut ita sit tibi ante oculos imago patris: ut & q̄diu uiues in hoc orbe nō sis inferior ipso: & post digressionē tuā possis ad superos aperta fronte proficisci: & cū tuo patre cæterisq; uiris bonis in æterna beatitudine semp̄ requiescere. **Me** aut̄ habes quo ualeas baud secus uti ac fratre. **Vale**.

Synonyma consolatoria pro funere.

Dignus es consolatione.

Mœror tuus leuandus est.

Aegritudo tua ratione tollenda est.

Tuus luctus est ratione frænandus.

Quod donandū est necessitati: donec potius rationi.

Quas lachrymas siccabit temp⁹: eas siccet intellect⁹.

Tergēdi sūt oculi tui ne nimis obediēs uidearis sensui.

Cū prudentia sit in omnib⁹ reb⁹ adiutrix adhibenda: tum præcipue ubi mœror nos opprimit.

Nibi est accuratius cōsiderandū q̄ ne langueas pro dolore ubi opus non est.

TITVLVS III

Ego tibi cōsulo te puerꝫ ne potius plangēdo patefacias q̄ uirū grauē teipsum ratione cōsolando.

Non est cuiusq̄ lugēdus obitus: q̄ moriturus uiueret.

Nemo doleat ex suis amississe aliquē: q̄ mortalis fuerit.

Ea lege nascimur omnes ut moriamur.

Tertius titulus.

Consolatoria pro re perditā familiaris.

Quam magnam tibi rem fortuna sustulerit naufragio: non potes non congemiscere: ut mihi quidē renunciātū est: facis ut interdū illi solent: q̄ languent aliqua ægrotatione: quos cogit naturalis dolor non posse interdū seipso tolerare.

Medici uero q̄ ualent meliuscule inducunt quæ ad medicinā profunt. **C**ogita per deū immortalē hęc fortunæ bona semper fuisse lubrica: neminēq̄ unū diem tuto possedisse. Itaq̄ recte philosophi uoluerūt extra animū & extra corpus esse fortunæ dicenda bona. **Q**ualis autē fortuna sit lege **N**asonem inquentē: **P**assib⁹ ambiguis fortuna uolubilis errat. **E**t manet in nullo certa tenaxq̄ loco. **Q**uid igit̄ tibi dolendū est: si pro ueteri sua cōsuetudine fortuna tibi rapuit quæ tua nō erāt: **S**i diminutū esset tui corporis decus: posses id fortassis impatientius ferre. **S**i uirtus & laus tua & omne animi decus deteri⁹ factū esset: non iniuriā tibi ducerem lachrymandū: & ad cælū usq̄ tollendos ululatus. **T**ua em̄ hęc sunt cū q̄bus immortalē gloriam sis consecuturus. **S**ed quæ solent (ut **B**asiliius inq̄t) **A**leaz̄ more ab uno in aliū comutari: nec stabilia possunt appellari: nec cū effluerint gemēda sunt. **A**t dices: ad necessitatē non est mihi fortunaz̄ satis. **C**ui ego: **N**aturā ne ignoras paucis minimisq̄ cōtentā esse: **S**i nequibus ul' **L**ucull⁹ aut **C**ras

Quidi⁹ de
ponto

Basiliius ma
gnus

Tellus athe
nienſis
Codi⁹ **R**o
manus

Sus uiuere: uiues ut **T**ellus atheniēſis: ut **C**odi⁹ **R**oman⁹. **S**i non erit tibi domi regius splendor: erit ciuilis parcimonia: & urbana modestia. **C**ommunis est quotidianaq̄ in singulis orbis partibus hęc tua iactura. **S**ed stultos opprimat dolor: sapientes ratio moderat̄. **E**ssem in hoc dicendi genere lōgior: si censerē hęc & multo plura te latere. **S**ed